

propter ionathan patrem tuum. et restitua tibi omnes agros saul patris tui. et tu comedes panem in mensa mea semper. Qui ad oras eius dixit: Quis ego sum serui? tuus quoniam respexisti super canem mortuum similem mihi: Vocauit itaque rex sibi puerum saul: et dixit ei: Omnia quecumque fuerunt saul et vniuersa domus eius dedi filio domini tui. Et pare igitur ei terram tuam et filij tui et serui tui. et inferes filio domini tui cibos ut alaf. Miphiboseth autem filius domini tui comedet semper panem super mesam meam. Erant autem sibi quindecim filij et viginti serui. Dixitque sibi ad regem: Sicut iussisti domine mihi rex seruo tuo sic faciet serui tui. Et miphiboseth comedet super mesam meam. quasi vnus de filiis regis. Habebat autem miphiboseth filium paruulum nomine micha. Omnis vero cognatio domus sibi seruebat miphiboseth. Porro miphiboseth habitabat in hierusalem quia de mensa regis iugiter vescabatur et erat claudus vtroque pede.

.X.

**H**actum est autem post hec ut mox reuertetur rex filiorum ammon. et reuerit anan filius eius pro eo. Dixitque dauid: Faciam misericordiam cum anan filio naas. sicut fecit pater eius misericordiam. Misit ergo dauid consolans eum per seruos suos super patris in terram. Cum autem venissent serui dauid in terram filiorum ammon. dixerunt principes filiorum ammon ad anan dominum suum. Quis est qui propter honorem patris tui miserit dauid ad te consolatores. et non ideo ut te inuestigaret et exploraret ciuitatem. et euerteret eam misit dauid seruos suos ad te. Tulit itaque anan seruos dauid: rasitque dimidiam partem barbe eorum et precidit vestes eorum medias usque ad nates. et dimisit eos. Quod cum nuntiatum esset dauid: misit in occursum eorum. Erant enim viri confusi turpiter valde. Et mandauit eis dauid: Manere in hiericho donec

crescat barba vestra. et tunc reuertimini. Videntes autem filij ammon quod iniurias fecisset dauid: miserunt et conduxerunt mercedem syrorum roob: et syrorum soba viginti milia pedum. et a rege maacha mille viros. et ab bistob decem milia viros. Quod cum audivisset dauid. misit ioab et omnem exercitum bellatorum. Egressi sunt ergo filij ammon et direxerunt aciem ante ipsum introitus portae. Syrus autem soba et roob et bistob et maacha seorsum erant in castris. Videns ergo ioab quod prepatum esset aduersus se prelium. et ex aduerso et post tergum. elegit sibi ex omnibus electis israel. et instruxit aciem contra syros: reliquam autem partem populi tradidit abisai fratri suo. Qui direxerit aciem aduersum filios ammon. Et ait ioab. Si preualuerint aduersus me syri. eris mihi in adiutorium: si autem filij ammon preualuerint aduersum te. auxiliabor tibi. Esto vir fortis. et pugnemus pro populo nostro. et ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Iniit itaque ioab et populus qui erat cum eo certamen pro syros qui statim fugerunt a facie eius. Filij autem ammon videntes quod fugissent syri. fugerunt et ipsi a facie abisai. et ingressi sunt ciuitatem. Reuersusque est ioab a filiis ammon. et venit hierusalem. Videntes igitur filij ammon quoniam syri expanit. et quoniam corruissent coram israel congregati sunt pariter. Misitque adadazer et eduxit syros qui erant trans fluum. et adduxit eorum exercitum. Sobach autem magister militie adadazer erat princeps eorum. Quod cum nuntiatum esset dauid. contraxit omnes israel. et transiit iordanem. venitque in belam. Et direxerunt aciem syri ex aduerso dauid. et pugnaverunt contra israel. Fugeruntque syri a facie israel. et occidit dauid de syris septingentos currus et quadraginta milia equitum. et sobach principem militie percussit: qui statim mortuus est. Videntes autem vniuersi reges qui erant in presidio adadazer se vi-